Quelle:
Copyright:

Cod: CCCV. x)

Membran: Saec: 15.

i
7.

Rotulus funebris Pauli Pirmiſser Abbatis Seitenstette: &c:

Rotulus funebris Pauli Pirmiſser Abbatis Seitenstettenſis, aliorumque confratrum defunctorum, sex membranaceis ex foliis palmam latis, et in longum consutis, confectus, qui per superiorem Austriam, Bavariam, Tyrolim, Sueviam, Franconiam, Thuringiam, Haſſiam, ad diversorum Ordinum Monaſteria /: e quibus plura id temporis in alienis sunt manibus :/ circumlatus fuerat. In hujus lateris primi fimbria scriptum :"

„Presencium bajolus exivit Monaſterium
„Sancte Marie In Seyttenstetten ordinis
„Sancti Benedicti Pataviensis Diœceſis
„anno Domini M°. CCCC°. Septuagesimo septimo
„Die Cene Obieruntque ex jam Dicto
„Monasterio
„Dominus Reverendus Paulus Abbas VII°. Kl
„Januarij
„Item Zacharias Presbyter et monachus
„IIII°. Ydus Novembris.
„Item Fr. Thomas Presb: et monach. XIII°. Kl.
„Decembris.
„Item Fr. Urbanus Presb: et Monach: pridie
„Kl: January.
„Item Fr. Leonardus conversus VII° Kl Fe-
„bruary."

Quanto tempore bajulo per dictas provincias, et Monasteria hoc cum rotulo fuerit circumeundum ex primi et ultimi Monaſterii inſcriptione desumitur, scilicet :"

„Lator presencium apparuit nobiscum in noſtro
„Monasterio Glewnck vigilia pasce ordinis S.
„Benedicti Patav. Dioceſ: anno Domini milleſimo
„quadringentesimo Septuagesimo Septimo." Et